Seite

Anhang einiger Special-Verordnungen.

LXV. Befehl Hochfürſtl. Geheimen Raths, daß die in die Stadt Paderborn einkommende Eß-Waaren vor 11 Uhr nicht herum getragen, ſondern auf dem Markte feil geboten werden ſollen von 1758 376

LXVI. Edict, die Gerichtsbarkeit des Ober-Amts Dringenberg betreffend von 1763 . . 379

LXVII. Edict wegen abzulieferenden Kieſelſteinen zu den Stadt Paderbörniſchen Straßen von 1764 386

LXVIII. Reſcript an Hochfürſtl. geheimen Rath, daß die Commißionen nicht allzeit aufs Ober-Amt Dringenberg, ſondern an jeden Orts Beamten ertheilt werden ſollen, von 1768 . . 388

I.

Ordinatio Sereniſſimi

Circa matrimonium contrahendum, Proclamationes, & Diſpenſationes de anno 1733.

CLEMENS AUGUSTUS Dei gratia Archi-Epiſcopus Colonienſis, S. R. I. per Italiam Archi-Cancellarius & Princeps Elector, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatus Natus, Supremus Adminiſtrator Boruſſiæ, Magiſter Teutonici Ordinis per Germaniam & Italiam, Epiſcopus Paderbornenſis, Hildeſienſis, Monaſterienſis, & Oſnabrugenſis, utriusque Bavariæ, Superioris Palatinatûs, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Comes Palatinus Rheni, Landgravius Leuchtenbergenſis, Comes Pyrmontanus, Dominus in Borckelohe, Werth, Freudenthal & Eulenberg, &c. &c. Cùm non ità pridem in Noſtro Archi-Episcopatu Colonienſi circa Matrimonium contrahendum, circa Proclamationes & ſubinde occurrentes in gradibus Diſpenſationes ſaluberrimam publicari fecerimus Ordinationem tenoris ſequentis:

Quanquam Decretis Conciliorum tam Generalis Tridentini, quàm Privincialium, nec non Agendæ novæ Coloniæ juſſu Anteceſſoris ac Patrui Noſtri felicis memoriæ Joſephi Clementis editæ, inter alia ſeverè inhibitum ſit; ne ſine Parentum ſeu, qui

eorum loco ſunt, conſenſu, ſaltem requiſito & rogato, Sponſalia contrahantur, multóque minùs jam antè citra eundem Clandeſtinè deſponſati à Parochis ad celebrandum per verba de præſenti Matrimonium (excepto caſu, quo dictum conſenſum Parentes irrationabiliter negarent) admittantur; nec tum quidem, niſi ter prius ab utriúsque Sponſi Parochis, eorúmve permiſſu ab alio Sacerdote tribus Dominicis, aut in foro Feſtis diebus, unius ſaltem diei, tum inter ſe, tum etiam inter Matrimonii celebrationem, intevallo ſejunctis & interpolatis (ne impedimentorum revelatio temporis anguſtiâ intercludatur) ſub ſummo Sacro vel Concione antemeridianâ publicè aut denuntiati fuerint, aut per Nos, ſeu Noſtrum in Spiritualibus Vicarium Generalem certis de cauſis, in atteſtato libertatis exprimendis, deſuper diſpenſatum fuerit; ac proinde nulli Parochorum, aliorúmve Sacerdotum, ullas omnino Proclamationes Matrimoniales quintâ aut aliis hebdomadæ Feriis frequentiſſimo licet populo in Eccleſia congregato, aut duas ſimul uno Dominico vel fori feſtivo facere liceat; Nihilominus fide dignâ relatione accepimus, quod nonnulli ſaluberrimis hisce ſanctionibus, ſub inani forſan conſuetudinis (quam antedicto Concilio Tridentino, Noſtrorum Anteceſſorum Decretis & Ordinationibus è diametro contrariam, uti pernitioſiſſimam corruptelam irritamus & annullamus) temere contravenire præſumant; idcirco ut temeritatem hujusmodi debitis pœnis coërceamus, præſentium tenore, omnes & ſingulos

Paro-

Parochos, Vice-Parochos, alióſque Sacerdotes pro qualibet vice, quâ prædictas Ordinationes transgreſſi fuerint, in pœnam 10 Florenorum aureorum condemnamus, & incidiſſe ipſo facto per præſentes declaramus. Porrò circa Diſpenſationes ſuper 3tio & 4to cognationis vel affinitatis, ſimplici, vel mixto, gradibus, Apoſtolicâ auctorite Nobis conceſſas, monemus omnes & ſingulos Paſtores & Vice-Paſtores, ut præter rationes in Jure fundatas (quarum nonnullæ in Agenda nova Colonienſi recenſentur) ſuccinctam facti ſeriem cum ſuis circumſtantiis caſum aptè figurantibus, in libello ſupplici exprimant, ſimúlque ſchema cognationis vel affinitatis ſuis diſtinctum gradibus manu propriâ ſigillóque, nec non Scabinorum aliorúmve virorum fide dignorum, notitiam Genealogiæ habentium, medio Juramento ſubſignatum & confirmatum exhibeant, ut inde graduum diſtantia perſpicuè cognoſci & nullitas diſpenſationum ex erroneâ graduum declaratione conſequi ſolita evitari poſſit. In quorum fidem præſentes manu Noſtrâ ſubſignatas, Sigilli Noſtri ſubimpreſſione muniri juſſimus. Datas in Reſidentia Noſtra Bonnenſi 2dâ Januarii 1733.

Et hanc ipſam in Noſtro Epiſcopatu Paderbornenſi & omnibus ad Noſtram Epiſcopalem Jurisdictionem pertinentibus locis, inſiſtendo Ordinationibus Noſtrorum Anteceſſorum exante factis, & propter uniformitatem Noſtrarum Diœceſium neceſſariam eſſe duximus: Hinc tenore præſentium omnes & ſingulos Parochos, Vice-

 Paro-

Parochos, alioſque Sacerdotes Matrimonio aſſiſtentes Noſtræ hujus Diœceſis Paderbornenſis ſeriò & ſub iisdem pœnis in dictâ noſtrâ Ordinatione expreſſis adhortamur, ut quoad omnia ſe eidem pariter conforment. Et cum experientiâ teſte, uti nobis fide dignis cum magnâ Noſtrâ diſplicentia relatum eſt teſtimoniis, plurimi ex Conjugatis ſe invicem deſerant ad remotas terras proficiſcentes, ità ut plurimæ circa certitudinem mortis unius aut alterius Conjugis exoriantur controverſiæ, aliæque peſſimæ ſequelæ & inconvenientiæ; Nos pariter iisdem, quantùm in Domino poſſumus, occurrere volentes ſtatuimus, ut quilibet Paſtor ſeu Vice-Curatus aut Oeconomus omni anno ſuper hoc ſpecialem ſuorum Parochianorum faciat viſitationem; moneátque omnes & ſingulos ſibi deſuper ſinceram dare notitiam: quam tunc Vicariatui Noſtro Generali, aut Noſtris Archi-Diaconis in finem, ut abſentes tempeſtivè revocentur, aut eorundem cum illorum locorum, in quibus degunt, ſitu & diſtantia, accurata fiat deſignatio, aliáque opportuna ulterior diſpoſitio, quantocius denuncient ſub pœnâ arbitrariâ. In quorum fidem haſce manu Noſtrâ ſubſcriptas, ſigillo Noſtro ſecreto muniri & publicari juſſimus. Datum & ſignatum in Noſtra Reſidentia Bonnenſi 27. Februarii 1733.

CLEMENS AUGUSTUS. (L. S.)

Vt. Bernard Ignat. Wydenbrück, Commiſſarius in Spiritualibus Generalis.

II.

II.
Verordnung wegen des Metſcher-Amts in Paderborn von 1733.

Von Gottes Gnaden Wir Clement Auguſt, Erz-Biſchoff zu Cölln, des heil. Röm. Reichs durch Italien Erz-Canzlar und Churfürſt, Legatus Natus des heil. Apoſtoliſchen Stuhls zu Rom, Adminiſtrator des Hochmeiſterthums in Preuſſen, Meiſter Teutſchen Ordens in Teutſch- und Wälſchen Landen, Biſchoff zu Paderborn, Hildesheim, Münſter und Oſnabrück, in Ober- und Nieder-Bayeren, auch der Oberen-Pfaltz, in Weſtphalen und zu Engeren Herzog, Pfaltzgraff bey Rhein, Landgraf zu Leuchtenberg, Burggraf zum Stromberg, Graf zu Pyrmondt, Herr zu Borckeloh, Werth, Freudenthal und Eulenberg, ꝛc. Fügen hiermit Jedermänniglichen zu wiſſen: Nachdemalen Uns unſere getreueſte Landſtände bey fürgeweſenen verſchiedenen Landtägen gehorſamſt zu erkennen gegeben, daß (ob zwarn unſere Vorfahren am Hochſtift Paderborn, Weyland Fürſt Ferdinand, Herman Werner, und Frantz Arnold verſchiedene das Metſcher-Amt betroffene heilſame Verordnungen erlaſſen, dieſe auch